



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

65 Suspicionis causae coràm eodem iudice sunt allegandae, & juris arbitri  
elige[n]di.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

triarchæ, Primates, & Archiepiscopi, quia eorum ordo est quadripartitus in Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas. *ut cap. clericos. §. ordo verò. 21. dist. ad 66* quos causarum omnium tam civilium, quam criminalium ad forum ecclesiasticum spectantium in prima instantia cognitio spectat. Conc. Trid. *c. 20. de refor. s. ff. 24. & c. 1. de reform. comp.* & nunquam in prima instantia per Signaturam iustitiæ alijs committuntur, quam locorum Ordinariis, nisi illi ex legitima, & in iure expressa causa, recusarentur, quo casu tunc iudicibus in partibus committuntur Congreg. conc. *in decis. super eod. cap. 20. sub rubr. de prim. instan. in princ.*

64 Causæ in iure expressæ, quibus iudices possunt allegari & suspecti, sunt plures, nempe, si iudex est dominus adversarij, aut vassallus, aut suffraganeus impetrantis, sive consanguineus, vel advocatus fuerit in eadem causa pro ipso impetrante, aut si habet causam similem. Quatuor enim ista timor, odium, dilectio, census sæpe solent hominis rectos pervertere sensus, ut per gloss. *in c. causam qua de off. deleg. quæ licet proprie militent in delegato, de quo loquitur text. in d. cap. causam qua, tamen habent etiam locum in iudice ordinatio, qui etiam suspectus potest allegari per text. in c. cum speciali juncta glo. in ver. de recusatoris. de appell. & ibi Abb. num. 11.*

65 Causæ verò suspicionis & coram eodem iudice debent allegari, & juris arbitri eligi, qui de suspicionem cognoscant, & eisdem ad hunc articulum cognoscendum potest terminum assignare. *ut c. suspitionis, & ibi gloss. in ver. terminum. de off. deleg. at, si arbitri non decidunt articulum suspicionis intra terminum ab ipso iudice præfixum, 68*

poterit iudex reassumere jurisdictionem, & in negotio principali procedere. *cap. legitima in fin. & ibi gloss. fin. de app. & Abb. in d. c. suspitionis. n. 10. de off. deleg. licitum f tamen erit recusanti iudicem, si arbitri nolunt pronunciare, vel contra ipsum pronunciant, ad Papam appellare, ut per d. gloss. fin. in fin. & c. ab arbitris de off. deleg. in 6. & à pronunciatione super iudicis competentia, vel incompetentia, Signatura iustitiæ committit causas appellationum ex supra allegatis, iudice autem recusante admittere legitimam reculationem, ab eo appellari potest. ut cap. super questionem in fin. de off. deleg. & Abb. in cap. cum speciali. nu. 6. de appell. si verò causa reculationis sit frustratoria evidenter, non tenetur iudex ad electionem arbitrorum devenire, sed hanc exceptionem spernere debet. Abb. in eod. cum speciali. num. 15. Quaritur an iudice renitente admittere & legitimam reculationem, & arbitrorum juris electionem, ad proximum superiorem, nempe ab Episcopo ad Archiepiscopum, vel Legatum, vel Prolegatum, vel Nuncium Apostolicum appellari possit: appellationes, autem ab Episcopis ad eisdem deferuntur, ut cap. 1. de off. c. leg. hoc tamen procedit in sententia diffinitiva, sed, cum hæc appellatio non sit à diffinitiva, propterea ad Papæ audientiam est appellandum *d. cap. super questionum. in fi. de off. deleg.* Recurritur autem in Romana curia ad Signaturam, à qua super allegatis suspicionibus causæ alijs iudicibus committuntur, ut per Stafil. *in tract. de commiss. lit. iust. §. quando conceditur. nu. 20 21. & 22 sol. mihi 126. §. & dantur litteræ per tot. & Rot. decis. 3. de rescript. in nov. & decis. 61. de rescript. in antiqu.* Ab ordinario verò & causa non avocatur,*